

TAUTOLOGIA SEPTIMA.

INDICAVIT EI SAMUEL UNIVERSOS SERMONES,
& non abscondit ab eo. I. Reg. 3. v. 18.

EXPOSITIO LITERÆ.

Indoles Samuelis.



AM enim Samuel grandifuscus florebat in templo coram Sacerdote Heli, cuius delictum & gloria, pulcher corpore, magisque virtutes; igitur plus eminebat sapientia, quam atate, queis Heli summè moribus Angelicis complacere, mutuoque Summus Sacerdos desiderio eius flagrabat. Quid mirum?

Star.

*Totaque infusa per artus
Maior in exiguo regnavit corpore virtus.*
Vigebat germen sanctitatis, atque spes unica Summi Sacerdotis; cum nihil puerile videretur in puero, sed animi intignis emulanda magnitudo.

Idem.

*Cuncta hæc Superum demissa Suprema
Mente fluunt: Mansuris donandus honoribus infans;
Et meruit, det pulchra suis libamina virtus.*

Patriâ.

Uti aliò canit Statius, 5. Thebaid. à v. 739. Claruit in Samuele, quod decursu temporis factum ab Ethnicis de Ione.

Euripid.

*Ab infantia hic sedet Deo dicatus,
Neque Matrem novit, ex qua natus.
Delpbi ipsum fecerunt custodem auri ipsius Del;
Et fidelem quastorem omnium: in templo verò
Dei vivit bucusque semper honestam vitam,
Ut ornet portas ante templum lauri ramis:
Interiora verò alij curant, qui prope tripodem
Sedent, optimantes Delpborum, quos legit fors.*

Vigilantia.

Ira Euripides in Ione, à v. 50. Non omnia grandior atas, quæ omnia finxit; quæ fugiamus, habet: vidimus Tautologij præcedentibus. Samuelem à mamma matris avulsam, Domino, à quo acceperat, oblatum; qui quidem custos tabernaculi constitutus, serviebat Heli ita promptè, ut vel dormiens ad vocem eius expedire vigilare: qua de causa cum Dominus ei loqui vellet, vocem imitatus Heli; ter furrexit è lectulo sequens vocem: cognitoque à Sacerdote, vocari puerum à Domino; iussit illum audire, & cordis promptitudinem in obedientiam exponere. Haud secus accidit: igitur ut denunciaret, ac monitione Sacerdos à nimia in filios indulgentia respiceret; nota fecit illi Dominus quæcunque decreverat calamitatum in domum Heli.

I. Reg. 3. 10.

2 Ne capites, cum legeris v. 10. Venit Dominus & stetit: & vocavit sicut vocaverat secundò Samuel, Samuel. Quomodo dices, Secundò, si v. 8. pramittitur: Adiecit Dominus, & vocavit abhuc Samuelem tertio? Ly Secundò hic non connotat vocationis numerum, sed modum: unde idem est, ac Sicut prius, vel Sicut pridem. Ierem. 13. 3. & 33. 1. Factum est verbum Domini ad me secundò dicens: Secundò, id est, sicut prius: igitur secundò nequibat esse, cum toties ei esset locutus, ut constat. Sic Hebr. 9. 28. Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata: secundò sine peccato (quasi non victima pro peccato) apparebit expectantibus se in salutem. Iud. v. 5. Secundò eos qui non crediderunt, perdidit. Cicer. lib. 3. ad Attic. Epist. 3. Semel hominem allocutus, secundò mihi redeundam, ignorabam. Virgilius 12. Aneid. v. 160.

Virgil.

Carrumque volans dat lora secundò.
Hoc est; iterum. Haud aliter Ioseph. lib. 5. Antiq. cap. 11. Rursum Deo vocante Phil

Phil. Bibliæ. Auditoit secundò vocem de celo. Pagn. Vice alterâ, Hebr. & Caietan. Vocavit sicut vice in vice. Maluend. Secundum istum in istu. Eadem lectio invenitur, iudic. 16. 20. ubi Vulgat. Egrediar, sicut antè feci. Quo claret, Secundò accipiendum pro Sicut ante, pridem, prius, signans modum, & non numerum, coherentibus aptè in vocatione Samuelis, Secundò & Tertio.

3 Aliter ly Secundò exponi commode quit, quatenus connotet non vocationem, sed nomen Samuelis in ultima vocatione geminatum. Alijs vicibus semel nominatus, in quarta vocatione bis: Samuel, Samuel. Causam aperit N. Gregor. Magn. lib. 2. in Reg. cap. 4. Vocat ad amorem offensa sua gloria per ardentissimum desiderium excitans. Unde & toties excitatus puer repetito nomine vocatur; quia vocatio ex nomine designat affectum magna charitatis & familiaritatis: unde & Moysi loquitur dicens: Novi te ex nomine. Vocati igitur nomen iteratur, cum in magnam iam familiaritatem interna maiestatis mens evidenter excipitur, & ferentibus desiderijs, ad amorem se vocantis elevatur; ut præter id quod audit, nil libeat, atque in letitia auditus sui immorari perpetuò concupiscat. Illam ineffabilem dulcem locutionem semper audire, desiderare est. Dicit ergo Loquere, qui vellet, ut nunquam taceret. Ita Genes. 22. 1. dicitur Abraham, Abraham. Exod. 3. 4. Moyses, Moyses. 2. Reg. 18. 33. Fili mi Absalom, Absalom fili mi. Matth. 23. 37. Jerusalem, Jerusalem. Luc. 22. 31. Simon, Simon. Quæ geminatio Pallogica emphasim continet, ut altius fideat in pectore dicta, vel dicenda, de quo fusc egimus in Prolog. Galeat. §. 4. numer. 2. aliaque plura suppetunt, sed præmittimus, quia de nominibus tantum præsens hoccine argumentum. Etiam usus apud Profanos. Ovid. 6. Metam. fab. 7. Mater, Mater clamantem. lib. 7. fab. 18. Aura, Aura! Virgil. 2. Elog. 69. Ab Corydon, Corydon. Lucret. 3. v. 301. O amor, amor! Trismegist. ad Asclep. exclamat: O Egypte, Egypte! Sic alia cuilibet obvia: quapropter ut Deus erga Samuelem exprimeret gratiam, nomen eius in vocatione geminat. Quid vult verbis duplicatio? Magna benevolentia argumentum est, & monstrabat ei vocatione ipsa, quod magnum aliquid offensurus esset: ve igitur attentorem redderet, vocationem geminabat: inquit Chrysolomus. Homil. 47. in Genes. Sic per Synonymiam, conciliandam attentionem indicant Scripturæ. Psalm. 44. 11. Audi filia, & inclina aurem tuam. Dan. 9. 18. Inclina aurem tuam & audi. Ierem. 13. 15. Audite & auribus percipite: quasi animo & mente (de quo Tautolog. 10. à n. 35.) uti ait Homer. 5. Odyss. v. 434. & apud Virg. 3. Aneid. v. 290. illud: Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.

Samuelis igitur iteratur vox, ut ipsi constet sæpe fuisse vocatum, & ab eodem. Ter pridem vocatus fuerat: at cum sciret à sene, à se non fuisse vocatum; arbitrari quibat, si densò vocaretur, nequaquam esse vocem, sed tinnitum aurium: quare ut verè cognosceret fuisse & esse vocem; bis Dominus nomine proprio vocavit: Samuel, Samuel. Usquequaque nos facimus, potissimum si nobis videret, appellatum à nobis non plene audire; vel conamur animum, attentionemque eius in loquenda intentè trahere; ut illud Christi, Luc. 10. 41. Martha, Martha: cap. 22. 31. Simon, Simon. Act. 9. 4. Saule, Saule. Quo sensu Virgil. 5. Aneid. v. 491. succinit: Primus clamore secundo, Elucet ergo expulsiò ad ly Secundò in vocatione Samuelis, simulque signa benevolentie Dei, & eius gratia erga puerum, quem tantò studio vocabat, ut vel puer responderet. Totum ergo Dei studium vocatione hominum: nihilque illi magis delectabile, quam quòd homo respondeat vocationi. Samueli ergo impenitus favit, quoniam eius actuum vocationi respondit.

4 Hac igitur causâ dicitur: Venit Dominus & stetit. Semper Domini manifestatio magni habenda; sed magis, quàm alijs vel nulla, vel manu parca. Sermo Domini erat pretiosus in diebus illis: non erat visio manifesta: id est, visio prophetica, quippe visio manifesta ad prophetiam pertinet: de quo Nos Tom. 6. Tautolog. 5. ad illud, 3. Reg. 22. 10. Propheta prophetabant. Sub hoc tempus inquit hic & aptè Caietan. Erant & apparitiones in somnis, & extases in vigilia, & inspirationes interna; sed non visiones tales, quæ essent manifesta revelationes divine. Iccirco tunc sermo, prophetia, vel verbum Domini pretiosum, quoniam singulare & rarum. Pretiosus sermo Domini dicitur (inquit hic Hieronymus, in Tradit. Hebr.) quia perrarus: omne enim quòd rarum est, pretiosum est. Nullam nuncupatur, quod non aliquando exhibitum: rarum, pretiosumque quod quandoque. Acceptio vocis haud nova. Proverb. 25. 17. Subtrahere pedem tuum de domo proximi tui, quo loco Hebr. legit; Rarum facito pedem. Tom. V.

Greg. Mag.

Iteratio non minus signa amicitia.

Emphasia

Chrysolomus

Synonymia

Homerus

Virgilius

Vel cupientis attentio nem in audiente.

Deo nil magis delectabile, quam quòd homo respondeat vocationi.

Verf. 15

Caietanus

Hieronymus

Pretiosum pro raro.

dem tuum. Malaend. Pretiosum fac pedem tuum de domo sodalis tui. Hinc constat pretiosum esse rarum. Petronius in Fragment. metr. 1. accinit: Serica fila trabens pretioso stamine ludis.

Petron.

Verum de hoc Tom. seg. T. 3. ad illud, 3. Reg. 10. 11. Gemmas pretiosas. Utramque vocis acceptionem, t. de Benefic. cap. 12. amplexus est Seneca. Munera (inquit) non tam pretiosa, quam rara & exquisita sunt; quæ etiam apud divitem sui locum faciunt. Nimirum, non magni pretij, sed æstimationis; quippe si rara, pretiosa. Gracissima sunt pomara, dum fugiunt. Quod voles gratum esse, rarum effice: subdit cap. 14. Ideo rara, chara, & æstimabiliora; quia, ut inquit Calsiodor. Variar. lib. 8. Epist. 20. In solitum plus amatur. Pridem Tacit. 3. Annal. cap. 69. Quanto rarior popularitas, tanto latioribus animis accepta. Primus enim Videns nominatur Samuel in Scriptura. A Moysè sanè non constat Propheta, cum quo ita familiariter loqueretur Dominus: itaque dicitur, v. 21. Et addidit Dominus, ut appareret in Silo, quoniam revelatus fuerat Dominus Samueli in Silo iuxta verbum Domini. Apparuit sæpe Dominus Samueli in Silo, ubi primùm apparuit: ac quia illud Apparuit Dominus, vel revelatus fuerat Dominus Samueli iuxta verbum Domini, perplexum est, operæpretium erit exponere. Tameñ locus obvius, lector haud icinuus dimittendus.

Senec.

Calsiodor. Samuel primus Videns.

1. Reg. 3. 21 Sanct.

Alapid.

Caictan.

Propheta promissus. Greg. Mag.

Maluend.

Improbi ab utuntur pietate. Tacit.

Præsentis pro futuro.

5 Revelatus Dominus iuxta verbum Domini, intelligit Sanctus manifestatione duntaxat verballi. Apparuit (inquit) non ita ut oculis speciem aliquam ad spectabilem obijceret; sed iuxta verbum suum: id est, loquendo, aut ostendendo sua consilia, ut eorum apud omnes esset nunciis & interpret. Ideo Hebr. in Verbo. Alapide econtrat v. 10. inquit: Hinc patet Deum, id est, Angelum Dei vicarium; hic non tantum menti Samuelis hæc inspirasse; sed in corpore assumpto; corporali voce illi esse locutum. Hinc Chald. Revelata est ei gloria Domini. Caictanus, v. 11. aliter cogitat. Divinus iste sermo (ait) appellatur Visio. Ideo hoc divinum Dicere internum fuit; ita quod vigilanti Samueli non exteriore voce, non sensibili sermone, sed internâ apparitione Deus locutus est: & hinc perpendimus, à quanta excellentia prophetia inceperit Samuelis gratia prophetica: celsus enim prophetia gradus est vigilantem hominem videre & audire intus Deum, loquentem sibi. Hæc omnia floride excogitata & subtilia; sed subscribere non possum, quia excogitata, & contra frequentem Sacra pagina stylum, ubi quod à Domino promissum, Domini dicitur verbum. 3. Reg. 22. 38. Lixerant canes sanguinem eius, iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat. 4. Reg. 17. 17. Mortuus est ergo iuxta sermonem Domini. Sic alibi sæpe. Propter hæc revelatio Domini Samueli iuxta verbum Domini, nihil aliud est, quam inditare Samuellem prophetam, uti promiserat Dominus. Hinc mater exultat, cum offert parvulum, futurum prophetam. Quia hoc futurum esse per prophetia spiritum sancta malitè noverat; ait Gregor. Magn. lib. 1. in lib. Reg. cap. 2. & alij apud Gloss. Ordinar. Vide quæ diximus Tautolog. 3. à num. 1. T. 4. num. 25. & T. 5. à n. 1. pòstque dicemus, n. 8. Sensus ergo est: Revelatus est Dominus Samueli sive in verbo, sive specie visibili, sive internâ apparitione, secundum quod ab illo promissum: tuncque cognovit universus Israel à Dan usque Bersabeè, quod fidelis (firmus, stabilis, verax in vaticinijs) Samuel propheta esset Domini: v. 20. Samuellem stabilitum esse prophetam Ieboue: uti in propositionem nostrum legit Maluenda.

6 Prima igitur Samuelis vaticiniorum scena (& adhuc pueri, siquidem iuxta Philonem non excedebat octavum, iuxta Iosephum, ætatis habebat annum duodecim; ut vidimus, Tautol. 5. num. 8. quam quidem scenam subodoratus fuit Sacerdos summus Heli) fuit in senem fulmen indignationis Dei (propter nimium eius amorem, spreto Dei honore, in pessimis filios) usque in mortis sententiam, & abolitionem Pontificatus ab eius familia: igitur post varia crebraque in salutem monita, neque in sene, neque in filijs ulla videbatur penitentia. Nulla misericordia, quia flagitiorum deformitas prævalebat: uti vel Ethnicus dixit, 11. Annal. cap. 32. Pietate ac patientiâ abutuntur reprobi: igitur cogitant improbè mentem mitem, in illicita esse irrevocabilem vindictæ facultatem. Tandem tandem mala pecora gregis Domini, qui debebant esse pastores, abdicentes monita patris, inciderunt in manus Domini iudicis. Horrendum est incidere in manus Dei viventis: incidere dicit minax, v. 11. Ecce ego facio (pro Faciam) verbum in Israel, quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures eius. Mala indoles, nisi ut faciat, haud cogitat mala. Dominus de eis (ait Philo Biblic. in Bibl. Antiq.) dederat sententiam, ut morentur, propter quod peccaverant: nam

nam cum dixisset eis: Penitemini de via vestra iniqua; illi dicebant: Quando senserimus, tunc penitebimus: & propter hoc admonitis à patre suo, non datum est, ut peniterent; quia adversantes semper fuerant, & iniuste egerant valde: hinc indignatus Dominus ad Heli. At quare, inquit, indignatus? Dicitur v. 13. Eò quod noverat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos. Constat sanè contrarium, cap. 2. 23. ubi: Pater dixit eis: Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio res pessimas ab omni populo? Nolite filij mei, &c. Patet patris lenitas, & filiorum iniquitas; quum illum non puderet, etsi proprios, vocare filios, quos Dei cognoverat adversarios.

Philo Bibl.

1. Reg. 3. 13

Non factum dicitur quod non profest.

Septuag.

Nihil & in utile paria.

Ter. 51. 9.

Ovid.

Decretal.

Quæ correctio in improborum correctionem? S. Bened.

Claudian.

7 In Sacra pagina frequens, dici non factum, vel nullum, quod usu caret, vel effecta, quanvis adhibitum. Mai. 30. 2. Ambulatis, ut descendatis in Ægyptum, & os meum non interrogastis. Interrogaverunt, ut dicitur Jerem. 42. à v. 1. ac nihil fecerunt ex his quæ audierant etiam ex oraculo: Ibid. cap. 43. 2. Ezech. 34. 8. Eò quod non esset pastor. Pastores erant: verum quales? Neque enim quæsturent (subdit) pastores mei gregem meum; sed pascebant pastores semetipsos, & græges meos non pascebant. Ibid. cap. 22. 24. Tu es terra à immunda & non complata. Septuag. Terra non irrigata, nec pluvia facta est in te. Pluviam habuit tam materialem nubium, quam spiritalem (de qua est sermo) oraculis prophetarum; sed incircuncis cordibus & auribus, semper Spiritui Sancto relicturum. Unde cum huiusmodi pluvia esset inutilis, dicitur terra non complata, nec roata aquis. Jerem. 22. 30. Scribe virum istum sterilem: quippe Iechonias etiam habuit filium Salathielem, rex gregem non habuit. Neque enim erit (subditur) de semine eius vir, qui sedeat super solium David. Vide alia, Tom. 1. T. 1. n. 5. & 12. hucque T. 9. n. 52. & Tautolog. 10. n. 37. Haud aliò dicitur 1. Reg. 2. 12. de filijs Heli: Nescientes Dominum; quia operabantur, quasi nescirent, & Dominum non cognoverunt. Facta ergo à patre correptio, verum tota sine fructu. Caret vulnus medicamine, dum est inutile. Curavimus Babylonem, & non est sanata. Nullum lenè remedium: efficax causticum.

Immedicabile vulnus Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur. Correptio in correctionem haud debuit esse blandimè patris, sed austerissimâ severitate iudicis, maximè Deo offenso, eiusque honore calcato. C. Licet Heli de Simonia, dicitur: Quia tamen filiorum excessus efficaciter non corripuit; & in se pariter & in ipsi animadversionis divina vindictam excepit. Ad corrigendos igitur subditorum excessus, tanto diligentius debet Prælatatus assurgere, quanto damnabilitas eorum offensas desereret in correptas. Implere debebat facies illorum ignominia, ut quærenter Dominum, & blanditijs; quæ increpatio, videbatur lenocinium: unde proceres & impudentes, quia sine rigore iudicis, monita arbitrantur tædia senilis ætatis. Patris indulgentia erat filiorum improborum audacia. Non dissimulet peccata delinquentium, memor periculi Heli sacerdotis de Sild. Honestiores (commendat ita Præfidi Monachorum SS. P. Benedictus, Regul. Sanct. cap. 2.) atque intelligibiles animos primâ, vel secundâ admonitione verbis corripiat: improbos autem & duros corde, ac superbos & inobedientes verberum, vel corporis castigatione in ipso initio peccati coarceat, sciens scriptum: Stultus verbis non corrigitur. Dum inutile verbum & exemplum, sufficiens unrens flagrum, vel candens ferrum. Hinc lapsus Heli, & aliorum similitum, qui suavitatis ambiunt nomina magna, observantia corruptelâ: nam etsi ad agenda bona excitare subditos satagunt, tamen contraire delinquentibus per reductitudinis zelum erubescunt: tuncque sanies non expuncta retrocedit in viscera, quanvis adhibita medicamenta; quippe medicina inefficax nequaquam est medicina. In affectionis prave principio.

Tunc decuit sentire nefas, tunc ire recentis Deter sum maculas. Veteri post obruta morbo Corpora, Peovias nequicquam admoveris verbas; Ulcera possessis aut suffusa medullis Non leviore manu, ferro sanantur & igni; Ne noceat frustra mox eruptura cicatrix. Ad vicium penetrant flamma, quo funditis humores Desinat & vacuis corrupto sanguine venis Arescat fons ille mali: truncantur & artus, Ut liceat reliquis securum vivere membris.

Aurea profectò Claudiani sunt carmina lib. 2. in Eutrop. à v. 10. Impiorum autem Tom. V. Bbb 2 dcl.

desperatorum aliter qui corripuerit factum, quasi nec diceret verbum. Sic igitur Heli filios corripuit & non corripuit; quippe malos corripiens non corrixit.

8. Dividiã itaque tot malorum pertaxas Dominus, ægre tulit & monitum Heli temeritatem filiorum haud compeccuisse: hinc iam minatum familiã excidium protulit denuo in aures Samuëlis, præsciens nuntiatorum quæ audierat. si interrogaretur à sene, de puero præclare merito, quem ab infantia indulgenter nutritiverat, tuncque in sinu tanquam alumnus fovebat. Hæc eadem erant retinacula Samuëlis, ne nota faceret tot dira, in patrem beneficium fulminata. Ut discessit Angelus, tunc angor percussit puerum. Cùm audiret Samuel verba hæc (subdit Philo, quod supr.) dissolutum est cor eius, & dixit: Si se obviaverit iuventuti meæ, ut prophetizem à perditione nutritoris mei; quomodo datus sum in petitione matri meæ? Et quis me suscepit? Quomodo mihi præcepit, ut evangelizem mala? Exurrexit Samuel manû, & noluit indicare Heli. Ita ergo mulci afflictione vehementiore cordis, & præsurã acerbioris, questi sunt, quod nati sint; uti latè videbimus, Tom. 8. T. 7. ad illud Ierem. 20.

14. 15. Maledicta dies in qua natus sum. Silente ergo puero, & conscientia (magis quam curiositas) senem pungente, potissimum quia aliquid veritatis mali, cùm vel admoniti non peniterent filij; suspitione percussus, ut sciret vaticinij præcogitavit materiam & exitus, dixit Samuël: Audi nunc fili. Ecce Deus antequam nascereris (inse præfatus Philo) promisit in Israël, ut mitteret te eis, & prophetares: & nunc adveniente matre tuã, & orante, quia ignorabat, quod factum fuerat, dixi ad eam: Proficiscere, quia quod nasceretur ex te filius erit mihi. Sic dixi matri tuæ, & sic direxit Dominus viam tuam: & si castiges nutritorem tuum, vivit Dominus, ne abscondas à me que audisti. Sacer vero textus à v. 16. Samuel fili mi? Quis est sermo, quem locutus est Dominus ad te? Pende sensis calliditatem; astruit quod nesciebat, an contigisset. Oro te, ne celaveris me. Hæc faciat mihi Deus & hæc addat, si absconderis à me sermonem, ex omnibus que dicta sunt tibi. A prudenti puero veritatem promi bonus senex desperavit; si que industriis cautè ab adiurato extorsit: unde iuramento adauctus, etsi cordiosum seni causare noller, totam sententiam aperuit. Indicavit itaque et Samuel universos sermones, & non abscondit ab eo.

9. En Pleonasmus de quo nobis in præsentis sermo: cæterum antè expositionem, non abs re erit, delicare formam iuramenti præfati. Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat. Verbum Addo in Scriptura iunctum alij verbo nullam aliam habet significationem præter verbi consequentis, maximè comitante negatione. 4. Reg. 24. 7. Ultra non addidit Rex Agypti, ut egrediretur de terra sua, Osèc. 1. 6. Non addam ultra misereri: cap. 9. 15. Non addam, ut diligam eos. Thren. 4. 15. Non addet ultra, ut habitet in eis: & v. 22. Non addet ultra, ut transingeret: similiter alijs in locis, in quibus omnibus exprimitur idiotismo Hebraico sequentis verbi significatio. Unde sensus est: Non egressus, non diligam, non miserebor, &c. Sicut dixit de verbis Nolo, cæpi & alijs, Tom. 4. Taut. 8. n. 6-9. n. 3. & 12. n. 26. Simpliciter autem positum, intelligendum quandoque pro adverbio Iterum, vel Denuo. Iudic. 3. 12. Addiderunt filij Israël facere malum. 3. Reg. 22. 19. Ille vero addens ait: & ut vidimus num. 4. Addidit Dominus ut appareret Samuëli. Verbum Facio, quanvis alias habeat significationes (de quibus egimus etiam Tom. 1. T. 3. n. 4. 5. & 8. - 2. T. 10. n. 23. 4. T. 2. 4. n. 16.) hic accipitur toto significationis proprio rigore, sicut Addo, quod signat iterationem actus. Scicne in varias cogitationes circa huiusmodi imprecationis formam, hinc inde declinarunt interpretes. Maluend. hic obtestationis intuitum profert, quasi senex vellet dicere: Ita te Deum tractet, sicut me erat tracturus, quin gravius puniat, si me celes. Ita Deum iratum habeas. Suffragatur Caietan, quia Interpres, sepius mutatur Sic in Hæc: q. d. Sic faciet tibi Bliobim & sic addet. Alapide signat utaque imprecationem, uti si diceret: Puniat te Deus, vel malè tibi tedat, si hæc me celaveris. Doctus. Sanctus n. 33. in huiusmodi execrationis forma aliquid dirum, ac ignominiosum subaudiri autumat: e contra Abulensis hic quæst. 5. illud astruit expressisse Heli, sed non sacrum Historicum; quia uti commune in execratione subintelligebatur. Unde Lyra exponit, numer. 11. Faciat tibi Deus tanta mala, sicut fecit alicui multò punito, & ad hæc plura.

10. Nulla, fatèor, sanè placent. Aliquid grave subintelligi arbitraret cum Sanctio, & non exprimi per Apostrophen, quippe ita grave, ut vel animus horreret nominare. Proinde etiam Apostrophen signetur pendula oratio præ affectu gravi doloris, aut iracundia;

In illos medicina lenis, fuit.

Philo Bibl.

Quanta prudentia Samuëlis?

Idem.

Verbum Ad. ad additum verbo significationem amittit.

Simpliciter ponitur pro Adverbio.

Maluend. Hæc pro Sic Caietan.

Alapide.

Lyran.

Apostrophen & Euphemismus.

dic, ut illud Ierem. 32. 17. Heu, heu, veu Domine. & Sophocl. in Oedip. tyrann. vers. 354. Quæcumque favosita. Virgil. 2. Aneid. v. 100. Donec Calebant ministri; dum dirum aliquid intenditur exprimi, & non exprimitur horrore calamitatis, dicitur Euphemismus: qua signata quod ominosum non nominatur, uti inausum & fuscum. Plura exempla apud Profanos. Halicarnas. lib. 4. Antiq. Rom. cap. 29. Siquid humanitas acciderit: id est, mori. Plutarch. in Aristotel. eodem sensu: Si tamen quid contingat. Plant. in Trinumm. Act. 1. scen. 2. v. 120. Siquid eo fuerit. Propert. lib. 4. Eleg. 6. v. 80. Signa Romi: haud dixit Romuli, quasi inausum urbi signa Romuli sub Marco Crasso captiva; Denique Virgil. 8. Aneid. v. 578.

Sin aliquem infandum casum Fortuna minaris. Eius stylo usi sunt plures, euphemismum imitando, ut Ovidius Epist. 13. v. 164. & Valer. Flaccus lib. Argonaut. v. 324.

Vota alijs faciendâ Deis, si fata reducant. Sin aliud Fortuna parat, misereve parentum.

In sacris etiam plura occurrunt. Psalm. 131. 3. 4. Si introiero in tabernaculum domus meæ: si ascendero in lectum strati mei: si dederò somnum oculis meis, &c. quo loco; quia horribilis, subicit penam propter defectionem à voto, quod iuraverat. Ezech. 33. 2. Terra, cum induxero super eam gladium, &c. Quid? Tacet, quippe gravissimum, & duntaxat pro significatione promittit orationem pendulam. Alia vide, Tom. 4. T. 5. num. 16. & quæ hic diximus, Tautolog. 3. num. 46. Similiter in præfati adiurationis execratoria testimonio, Hæc (vel Sic) faciat mihi Deus, & hæc (vel Sic) addat: aliquid continetur non solum grave, sed gravissimum, quod non dicitur, quamvis subintelligatur; quippe & animo & auribus difonum, nefastum & ominosum. Unde quasi trunca verba, in significationem animi vehementiora: siquidem affectus profertur locutionis sine vocibus, quæ sanè horrifone auribus. Hæc figura propter defectum vocis à Rhetoribus vocatur Ellipsis, Sicut Euphemismus propter horrorem significationis. Brisonium adi de Formulâ, lib. 1.

11. Hæcine congesti in obsequium Doctissimi Sanctij, etsi mihi haud arrideant præfati modi dicendi, qui tantum cogitationes. Lassitudo profectò ambulare per devia, si pervia ac plana in propositum via. Hæc formula iuramenti nil aliud est, quam communis, præter emphasim studio cogitaram, ut idem quod in iuramento intelligatur, & propter Dei venerabile nomen non iuretur. Hinc Hæc faciat Deus & hæc addat, idem est, ac Vivit Dominus. Patet, equidem pro his verbis ab Heli dictis, Philo Bibliocæ, ut vidimus, num. 8. legit: Vivit Dominus, ne abscondas à me. Eadem videmus, 3. Reg. 17. 1. Vivit Dominus Deus Israël, in cuius conspectu sto. Hebr. Hæc faciat mihi Deus & hæc addat; si erit annis bis ros & pluvia. Semper enim huiusmodi iuramenti formula comminatorie invenitur, ut constat ex novem Scripturæ locis, quibus phrasim iterat assertione vitæ, vel præfatiæ Dei cum connotatione illius de quo sermo, in quem dirigitur ira, aut exprimitur aliquis alius affectus. Quare nostro in articulo sensus erit: Vivit Dominus, vel per Deum vivum, si sermonem celaveris: quid? sine fronte eris. Dialecto nostrâ: Por el Dios que adoro, que si callas, eres un infame, ingrato, sin verguenza. In alijs auctoritatibus, q. d. Vivit Dominus, pœnas luet. Hispan. Por Dios Santo, que me las ba de pagar. Sic in viris, aliud eadem formulâ in feminis propositum, ut vidimus, Tautolog. 2. num. 17.

12. Ergo in Tautologiam, quæ quidem ex dictis in præcedentibus facillè exponitur. Sæpe protuli quàm frequens in Scriptura Bebaost, quo schemate, ut cuncta ad rem spectantia, tam externa ex parte sensus, quam interna ex parte affectus vividè pateant; aliquid affirmatum negatione positiva contrarij asserti, vel negatur cum affirmatione contrarij positivi suppositi. Unde secunda periodus genuinè quasi per adverbium, prioris significationem ostendit; ut diximus, Tautolog. præced. num. 44. Quare sensus Pleonasmus erit: Indicavit Samuel Heli universa, quæ audierat, quin verbum ullum absconderet. Hoc est, protulit de verbo ad verbum. Vernaculè: De pe à pa: sin quit ar, ni poner. Plenissimè cuncta retulit: Haud secus Ieremias ait consulentibus Hebræis de protectione in Ægyptum: Omne verbum, quodcumque responderit mihi Dominus, indicabo vobis: nec celabo vos quicquam. Idem, nec aliter, nec alia: tam in modo, quàm in re, quodcumque dixerit, dicam. In Hebræo non est Quodcumque, sed tantum, Omne verbum, quod &c. ideoque Quodcumque additum, ut monstrat Vates nec minimum relinquendum, Maluend. Omne verbum, quod res-

Inausum infandum.

Valer. Flacc.

Ellipsis.

Quid sit, Hæc faciat Deus, & hæc addat.

Bebaost.

Expositio prima.

1. Reg. 3. 18

1. Reg. 42. 4.

pon-

pondebit Itebova ad vos, ananciabo vobis, nec diminuum, nec subtraham; nec adiam de vobis verbum. Arab. Dicam, dicam, oraculum quod responderit. Alij: Dicendo loquar, nec prohibebo à vobis verbum. Sic Raphaël Tobie patri & filio dixit: *Manifesto ergo vobis veritatem, nec abscondam à vobis occultum sermonem*: nimirum, vera verè dicam. Alba erunt verba, sine malicia reflexa, minimè obliqua, sed profèrenda sinceritate summa. *Sententia* (in sic Marc. Senec. in Prolog. lib. 3. *Controversi*) quas optime Pollio *Afinius* albas vocabat, *simplices aperta, nihil occultum, nihil inperatum asserentes, sed vocales, & splendida.* Stylus frequens opud Græcos, exprimerè per adverbium sententiam, postque imponere negationem contrarij, per verba priora iam expressi.

Dicam tibi planè rem omnem, quam scire cupis; Nihil obscuri implicando, sed oratione simplici, Sicut rectum est, os aperire ad amicos.

Succinit Æschylus in *Prometh.* v. 585. Homer. 5. *Iliad.* v. 824. *Ingenè dicam verbum, neque celabo, 23. Iliad.* v. 326. *Indicabo tibi metam manifestam, neque te celabo. Idem 3. Odyss.* v. 187--11. v. 125. & 442--19. v. 269. *Die & verè narra. 24. Iliad.* v. 655--44. *Odyss.* v. 326. & 347--15. v. 263. Denique ut cuncta plenissimè, ac rite dicenda signet, 9. *Odyss.* v. 14. *infit:*

Quid primum, quid deinde, quid ultimum narrabo. Euripides in *Andromach.* v. 834. *Manifesta, undique conspicua & non occulta.* Sophocles in *Trachin.* v. 476. *Omne tibi dicam verum, & non occultabo.* Plaut. in *Menechm.* Act. 5. scen. 9. v. 47. *Respondebo: nihil reticebo quod sciam.* Terent. in *Andr.* Act. 14. scen. 2. v. 31. *Aperit ipsam rem locutus, nihil circuitione usus est.* Fusè Virgilius & 64. *Æneid.* v. 722--11. v. 343. & 12. v. 11.

Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo. Suscepit Anchises, atque ordine singula pandit. Rem nulli obscuram, nostra nec vocis egentem. Consulit à bone Rex: cuncti se scire fatentur, Nulla mora in Turno; nihil est, quod dicta retractent.

Seneca in *Thyest.* v. 632. *Effare, & istud pande: siquidem veritas multoties dicitur, sed tot ambagibus, ut non constet, uti ab oraculis Ethnicorum, de quo infra, num. 27.* Euripid. in *Iphigen.* in *Aulid.* v. 466. *Non intellecta intelligibiliter.* In *Troïd.* v. 622. *Enigma perspicuum non perspicue.* In *Ion.* v. 1481. *Obscura non manifesta.* Idem Sophocles in *Oedip.* Tyrann. v. 454. & in *Antigon.* v. 406. *Non clara & manifesta,* Plaut. in *Cistellar.* Act. 1. scen. 1. v. 65. & in *Aulular.* Act. 2. scen. 1. v. 12.

In latebras abscondas peccore penitissimo. Neque occultum quid haberi, neque per metum mussari; Quin participem.

Satis videtur altrui à Profanis stylus Biblicus per Bebeosim. Hinc sensus nostri testi-mouij & aliorum affirmativum, erit: Planè, plenissimèque, sine ambiguitate, sine circuitione arcana divina revelavit Samuel in auribus Heli. Quare huic dicenti, perperam tunc gerès, *si absconderis ex omnibus, quæ dicta sunt tibi;* impavidè, uti reverenter puer indicavit universos sermones, & non abscondit ab eo. Sic itaque, uti refert Ioseph. lib. 12. *Antiq.* cap. 2. senes Israël advocati in translationem Bibliorum Ptolomeo Philadelpho dixerunt: *Non decet nos, verum assimulare, sed ingenè loqui.*

13. Pro omnimoda ostensione eadem phrase usus est Ezechias, dum ad illum venerunt Legati Assyriorum, imperante Merodacho. *Omnia* (inquit) *quæcumque sunt in domo mea, viderant. Nihil est, quod non monstraverim tuis in thesauris meis.* Eadem, Isai. 39. 4. Plenissimè ita cuncta viderunt, ut nihil occlus illorum lateret. Ostensa sunt omnia & omnino, accepta periodo negativà contrarij suppositi pro *Sed etiam;* & affirmativa pro *Non solum,* uti sæpe diximus. Unde expositio genuina *Tautologia:* Non solum haud celavi, imò universa, quæ in thesauris meis occulta, gloriosus ostendi. Similiter in Samuele: Non solum non abscondit aliquid auditorum à Domino, sed etiam universos indicavit sermones. Idem ad testimonium Raphaëlis, Tob. 12. 11. & ad illud Elisei, de quo n. 16. *Dominus celavit à me & non indicavit mihi.* Nequicquam præsentis, vel per indicium, ut aliqualem haberem afflictionis cognitionem.

14. Alia in ostentatione divitiarum Ezechie cogitanda, ac literè non incongrua: *Omnia* hic non tam significat universa, quam pretiosa. Eccl. 1. 2. *Omnia vanitas* idest,

Maluend.
Tob. 12. 11.
Que sententia abqz Marc. Senec.

Æschyl.

Homer.

Virgil.

Plant.

Secunda exposit.

Ioseph.

4. Reg. 20. 15.

Affirmatio pro Non solum: negatio pro Sed etiam.

Tertia expositio.

idest, etiam quæ in mundo præstantiora. Exod. 33. 19. *Omne bonum.* Psalm. 44. 14. *Omnis gloria.* Jacob. 1. 2. *Omne gaudium.* Thren. 1. 6. *Omnis decor eius;* q. d. Summum decoris, summa gloria, summum gaudium, bonum summum. Psalm. 115. 11. *Omnis homo mendax.* Eccl. 12. 13. *Deum time, & mandata eius observa: hoc est enim omnis homo.* Hoc est, insignis, præstantissimus homo. Psalm. 106. 18. *Omniem escam abominata est anima eorum:* nimirum, delicatissimam, selectissimam, lapidiorum. Coloss. 1. 17. *Ipse est ante omnes:* videlicet, primis prior, excellentissimis excellentior, primus primatum. Sic alia, quorum sensu etiam usi Ethnici. Cicero de *Divinat.* lib. 1. inquit: *Quod in natura rerum dicitur Omne* (scilicet, summum) *in finitum est.* Petron. in *Satyr.* fol. 22. *Omnes* (præcipuas) *columnas notaverat:* & fol. 59. *Omnes cibos delicatiorum damnet.* Actius in *Hecuba* profert: *Omnia* (nempe, selecta) *vidi inflammati.* Lucret. lib. 1. v. 840. *Finitum funditus omne.* Propert. lib. 4. *Eleg.* 6. v. 40. *Onus omne:* puta, pretiosum. ibid. *Eleg.* 8. v. 6. *Tale inter omne:* in ter maxima, scilicet, & præcipua præstantiora. Hac enim acceptione *Omnia* nihil aliud signat, quam æstimabiliora suorum Thefaurorum Ezechiam Babylonij demonstrasse: ita igitur v. 13. præmittitur, *Offendit eis domum aromatum, & aurum & argentum & pigmenta varia, unguenta quoque, & domum vasorum suorum, & omnia quæ habere poterat in thesauris suis. Non fuit, quod non monstraret eis in domo sua.* Ex quo patet in thesauris fuisse, quæ præiosa: in domo alia, quæ non ita. Iccirò sensus est: Ostendit non solum pretiosa; sed etiam quæ non erant, & cuncta ostendit: & ita ostendit, ut nihil sine exploratione reliquerit. Eius opes referuntur, 2. *Paralip.* 32. à v. 27. hoc ostendit, & insuper alia atque alia, quæ non numerabantur inter pretiosa; sed tantum inter divitias, splendoris aulæ ornatum, utpotè regis maiestatis signum.

15. Rabbini, ut refert Hieronym. in *Tradition.* de more nugantur, astruentes non tantum Assyrijs monstrasse Ezechiam cuncta pretiosa thefaurorum suorum, sed etiam quæ erant in thesauris templi Domini; quippe subditur: *Non fuit, quod non monstraret eis Ezechias in domo sua & in omni potestate sua.* Crassum omnino cerebrum. Thefauri templi non erant in potestate Regis. *Potestas* hic indicat dominium, dittonem, aut regnum. *In domo sua, & in omni dominatione sua;* Maluend. unde constat nihil non legis offensum: siquidem palam protulit pretiosa, quæ erant in domo & in toto regno. *Quid viderunt in domo tua?* dixit Regi Evangelicus Vates. Nihil de templo loquitur: quod eturque si tanta Regi affuisset audacia, quàm multetur futilis, vana gloriola, ex eo quod ad illum venissent legati à Babylone. Claret ex textu, 2. *Paralip.* præfat. v. 31. *In legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, dereliquit eum Deus, ut tentaretur; & nota fierent omnia, quæ erant in corde eius.* Haud prudenter egit: equidem quibat cogitare, qui tunc amici, inimicos esse posse: & pretiosa alienis demonstrare, illorum aviditatem, atque invidiam acueri. Sic enim posterioribus temporibus contigit, filio Ezechie catenato, & ad regem qui miserat legationem adducto, direptis opibus aulæ, & pretiosioribus templi. 4. *Reg.* 21. 14. ut prædixit Regi Isaias, cap. 20. 17. postque in captivitate totius populi, manum suam misit hostis, qui modò sic familiaris, ad omnia desiderabilia eius; quia vidit gentes ingressas in Sanctuarium suum. Sententia tunc per Prophetam à Domino lata, in cuius articulo pende, quam aptè cadat sententia. Rex ait: *Omnia quæ sunt in domo mea viderunt: nihil est, quod non monstraverim eis.* Tunc Dominus: *Auferentur omnia, quæ sunt in domo tua, & non remanebit quicquam.*

16. Cuncta penitus ab Ezechia ostensa, ita ut nequicquam non appareret Babylo-nicis legatis, & ille non aperiret. Secus fateur Eliseus, afflicta ob filij obitum, ad pedes eius Samamitide corruente. *Anima* (inquit) *eius in amaritudine est, & Dominus celavit à me, & non indicavit mihi.* Hoc est, omnino ignarus sui præsentis acerbitatis & femine amaritudinis. Nec verbum audivi, nec suspicio irrepit: quinimò à celo ita interprivium totum, ut tante mihi molestiæ nec indicium. Sic igitur ut omnino facti negetur notitia; affirmatione occultationis, & negatione manifestationis profectò astruitur, per epitafium expresso conceptu peccatoris, & puræ asseveratione veritatis. Magna feget huiuscemodi styli apud AA. profanos. Panfan. cap. 41. *Simulacrum* (infit) *preter os occultatur: id unum est in conspectu.* Senec. *Epist.* 79. *Hic ignotus deliterat:* & in *Hippolyt.* v. 857. *Haud pandit ulli, secretum oculis.* Homer. 11. *Odyss.* v. 455. *Clam non palam.* Sophocles in *Antig.* v. 85. & 1258. *Occultè occultet.* In *Electra,* v. 1375. *Latus, nec aparuit.* Euripid. in *Supplic.* v. 211. *Ignota & non perspicua.* In *Iphi-*

Omne pro Summo, ac præstante.

Cicero.

Ezechias dicitur.

Verf. 13.

Isai. 39. 4.

Vana ostentatione dicitur.

4. Reg. 20. 15.

Verf. 17.

Cap. 4. 27.

Bebeosim.

Iphigen. in Taur. v. 477. In obscurum eunt, nec malum novit. Idem v. 1024. In Hippolyt. v. 394. ac in Bacch. v. 953. Occultaberis occultatione, qua te decet occultari. Plaut. sepe utitur Hellenismo: in Persa, Act. 2. scen. 2. v. 64. Tacitum erit, celebratur. Idem in Pœnu. Act. 3. scen. 3. v. 49. & Act. 5. scen. 4. v. 69. in Aulul. Act. 2. scen. 3. v. 10. Celatum est, atque occultatum usque adbus. Etiam apud sacros PP. invenitur. Bernard. Homil. 2. super Missus est, numer. 14. Quare occulte & non palam? & Clemens Alexandr. 2. Pedag. cap. 10. Velant, teguntque. His varijs modis loquendi & palilogicè, & tautologicè, & synonymicè tam apud Græcos, quam apud Latinos; quod omnino ignotum explicatur. Unde geminatio eiusdem verbi, vel nominis, vel utriusque in eadem re, epitalis est, sive exaggeratio, firmaque assertio, qua ingenue exprimitur inscitia rei, quæ mentem & cognitionem asserentis omnino fugit. Iccirco iteratio illa vocum, vel sententiarum, aliter & aliter ad eundem sensum, signat à mente hominis alienum, de quo nuncium. Verùm cum Propheta à Deo sciant, quæ naturaliter cognosci nequeant: in geminatione eiusdem sententia affirmat Eliseus, nec à Deo habuisse notitiam afflictionis Sunamitidis. Quod longè est ab hominum sensu & cognitione, absconditum dicitur. Psalm. 50. 8. Incerta & occulta. Iob. 20. 26. Abscondita sunt in occultis. Mai. 4. 15. Verè tu es Deus absconditus: igitur longè positus à cognitione hominum, cuius perfectio extra intellectum & ultra subtilissimi captum, ni ille mentem illuminet. Quare notitia illarum rerum, quæ ultra cognitionem humanam sunt, sine Dei lumine nequit haberi etiam in Propheta, cuius lumen non conceditur per modum habitus, aut qualitatis permanentis, sed per modum passionis transeuntis, ut dicunt Scholastici DD. cum Angelico Magistro, 22. quest. 171. Vide Suarium de Gratia, Prolegom. 3. cap. 5. à numer. 21. Abulens. in 12 Reg. 10. quest. 5. & in cap. 23. Matth. quest. 59. Hinc Gregor. Magn. 2. Dialogor. cap. 21. inquit: Nannid non credendum est, Benedictio Dei famulo semper Propheta spiritum adesse potuisse? Propheta spiritus, Petre, Prophetarum mentes non semper irradat, quia sicut de sancto Spiritu scriptum est: Ubi vult, spirat ita sciendum est, quia & quando vult, aspirat. Hinc est, quod Eliseus cum stentem mulierem cernebat, causamque nesciret: ad prohibentem hanc parum dicit: Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine est, & Dominus clavavit à me, & non indicavit mihi. Quod omnipotens Deus ex magna pietatis dispensatione disponit: quia dum Propheta spiritum aliquando dat, & aliquando subtrahit; prophetantium mentes & elevat in celsitudinem, & custodit in humilitate: ut & accipientes spiritum, inveniant, quid de Deo sint; & rursus prophetia spiritum non habentes, cognoscant quid sint de semetipsis. Eandem causam exponit cum eodem testimonio in Ezech. Homil. 1. Prophecia spiritus Prophetis deest, nec semper eorum mentibus præstò est; quatenus cum hunc non habent, & hunc agnoscant ex dono habere, cum habent. Vide quæ diximus Tom. 2. T. 1. n. 17. 23. & 24. Procul erat à cognitione, & ab oculis Elisei cordolium Sunamitidis: haud nisi à Deo scire quibat: qui cum lumen subtraxisset, fatetur facti omnimodam nescientiam: ita ut non solum non cognovisset, sed nec per indicium Dominus manifestasset; ut cogitabamus suprâ, num. 13.

Bernard. Clem. Alex.

Geminatio per epitalism.

Prophecia non est qualitas permanentis; sed motio transiens.

Greg. Mag.

Idem.

Creatura sine Dei illuminatione nequit prædicere. Aristot.

Cassiodor.

Quid sit Prophecia?

17 Prophecia ergo proprijsimè (de illius alijs acceptionibus dicemus suo loco Tom. seq. T. 5. ad illud: Univerſi propheta prophetabant) est futurorum præcognitio, maxime contingentium, pendendum ex libera Dei, aut hominis voluntate: extenditurque aliquando ad præterita, quorum memoria omnino abolita, & ad præsentia loco distantia, quæ omnino occulta, ut sunt cordium cogitationes: quæ quidem omnia ultra naturalem sunt hominum cognitionem: quapropter nequit homo prædicere sine divina illuminatione, quoniam superant & mentem & sensum. Unde vel Aristoteles lib. 2. Peribermen. dicit: Futurorum nulla est scientia. Non est nostrum, nosse tempora vel momenta, quæ Deus posuit in sua potestate. Non enim voluntate humana est quæ aliquando propheta; sed Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines: 2. Petr. 1. 21. Res futuræ in seipsis nullam habent speciem, quia species est existentium: perperamque cognosci possunt sine specie, quæ nequit esse sine rei existentia: res autem futuræ in se ipsis non existunt: quare homo nequit prædicere, quæ non potest cognoscere. Si autem prædicat, falsò dicit. Prophecia autem est divina inspiratio, seu relatio rerum eventus immobili veritate denuncians: ut ait Cassiodor. in Prolog. super Psalm. cognitio autem humana ex se nequit extendi ad eventus futuros, nec ad denuncianos immobili veritate; quippequam caret specie. In illius 1. p. Divin. leg.

gis, cap. 4. Inſit: Prophecia est rerum latentium præteritarum, aut præſentium, aut futurarum ex divina inspiratione manifestatio: additque, In diffinitione positum est Inuit. Latentium: quia siquis iam cognita dicit, licet, & futura sint, tamen prophecia non est, sicut nos cum resurrectionem prædicamus, prophecia non sumus, si verò cuiusquam temporis latentia manifestat; tunc prophecia est. Potest homo prædicere aliqua revelata à dæmone (cuius cognitio, cum habeat superiorem intellectum percipit quæ sunt remota ab humana) & tamen prophecia dici non potest: tum quia non illuminat, sed mentem obtenebrat, ut videbimus: tum quia non immobili veritate, ut potè non supernaturalis notitia: tum denique quia est verum, profertur à dæmone intentione fallendi: qua de causa, ut ait Augustin. 2. qq. Evangel. 40. & Imperfect. Homil. 19. Imperfect. Concessum est diabolo interdum vera dicere, ut mendacium suum vera veritate commendat. Unde in Oraculis eius aliqua vera, est futura, quia in causis perpicue cognoscebat. Futura (inquit D. Thom. 1. p. q. 86. art. 4.) dupliciter cognosci possunt: uno modo in seipsis, alio modo in suis causis. In seipsis quidem futura cognosci non possunt nisi à Deo, cui etiam sunt præſentia, dum in cursu rerum sunt futura; in quantum eius divinus intuitus fertur simul supra totum temporis cursum; sed prout sunt in suis causis, cognosci possunt etiam à nobis. Quid mirum, si cognoscantur à dæmone, quæ prænotantur ab homine? Huic enim ille revelat quæ præſcit in causis, vel alibi sunt præſentia; quæ homo nequit cognoscere vel propter debilem inferiorem intelligentiam, vel propter loci distantiam.

Inuit.

D. Thom.

Quid Vati cinium?

Greg. Mag. Quomodo Prophecia de præſenti & præterito?

18 Principaliter prophecia est cognitio latentium, cuius actus secundarius est prolatio, cum huiusmodi donum detur in proximorum utilitatem. Quare actus est supernaturalis cognitio in divina revelatione fundata, à qua locutio sive revelatio prophetica, quæ proprie dicitur Vaticinium, de quo in præſenti, & reliqua loc. cit. Vaticinium quic esse de rebus præſentibus, præteritis & futuris. Plura & selecta plures in huiusmodi argumentum dixere, sed uti Gregorius Papa, nemo alius: lib. 1. Homil. 1. in Ezechiel. ita necesse loquitur: Prophecia tempora tria sunt, scilicet, præteritum, præſens, & futurum: sed sciendum est, quod in duobus temporibus prophecia etymologiam perdit: quia cum ideo prophecia dicta sit, quod futura prædicat; quando de præterito, vel de præſenti loquitur, rationem sui nominis amittit, quoniam non prædicat quod venturum est; sed vel ea memorat, quæ tranſacta sunt, vel ea quæ sunt. Quæ tamen tria prophecia tempora verius loquimur, si ex Sacra Scriptura testimonijs ostendamus. Prophecia de futuro est: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. Prophecia de præterito: In principio creavit Deus caelum & terram: de illo enim tempore dixit homo, quo non erat homo. Prophecia de præſenti est, quando Paulus Apostolus dicit: Si autem omnes propheterent, intret autem quis infidelis vel idiota, convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus: occulta enim cordis eius manifesta fiunt; & ita cadens in faciem adorabit Dominum, pronuntians, quod verè Deus in vobis sit: Cum igitur dicitur: Occulta cordis eius manifesta fiunt; præſectò monstratur, quia per hunc modum prophecia spiritus non prædicat quod futurum est, sed ostendit quod est. Quo autem pacto prophecia dicatur spiritus, qui nihil futurum indicat, sed præſens narrat? Quia in re animadvertendum est, quod rectè prophecia dicitur, non quia prædicat ventura, sed quia prædicat occulta: rem quippe quamlibet sicut ab oculis nostris in futuro subtrahunt tempora; ita ab oculis nostris in præſenti subtrahit causa. Ventura etenim res occultatur in futuro tempore, præſens autem cogitatio absconditur in latenti corde. Est etiam prophecia præſens, cum res qualibet non per animum, sed per absentem locum tegitur, quæ tamen per spiritum denudatur: & ibi sit præſens prophetantis animus, ubi per præſentiam non est corpus.

19 Apud Profanos quoque in vaticinijs cuncta observabantur tempora. Ita de præteritis avidè inquirebant, sicut de futuris. Unde Plaut. in Pseudol. Act. 1. scen. 3. v. 129. Vetera vaticinamini. Causa inseritur ab Ecclesiaste, cap. 1. 11. Non est priorum memoria: capiteque homo scite occulta, quoniam ignorat præterita: ibid. cap. 8. 7. Quid ethnici non finxerunt, vel in quo lapide non calciparunt, ex eo quod ignorarunt Mundi principium? Præ cunctis audiendus Plin. lib. 2. cap. 1. Mundum (ait) & hoc quod nomine alio appellare Cælum libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta. Numen esse credi par est, æternum, immensum, neque genitum, neque interiturum unquam. Huius externa indagare, nec interest hominum, nec capis humane coniectura mentis. Sacer est, æternus, immensus, totus in toto; imò verò ipse totum: finitus &

Plaut.

Plin.

Principium mundi ignotum Etrurii.

Franc. Sæc.

Virgil.

Idem.

Lucret.

Hesiod.

Idem.

Certamen Mopsi & Calchanti.

Ovid.

Jupiter Panonphaus.

in finito similis; omnium rerum certus, & similis incerto: extra; intra cuncta complexus in se: idemque rerum natura opus, & rerum ipsa natura. Siccine excusat Philosophi (ex quo sumptis Plinius) opinionem in libell. Quod nihil scitur; Francisc. Sanctius. Certè (inquit) si humana ducaris ratione, potius id iudicabis: nam venisti in mundum iam factum, & pater tuus & avi tui: discesserantque illi, & discedes tu: videsque alios & nascentes & morientes ipso momento. Nec est aliquis qui afferat aut voce, aut scripto, se audivisse mundi principium, aut vidisse alium, qui viderit, aut qui audierit ab alio se vidisse mundi principium, aut vidisse alium, qui viderit, aut qui audierit ab alio se vidisse. Unde Divinus Legislator Moyses divinam historiam suam, divino afflatus spiritu, divinè à mundi creatione oratur. Quod hic auctor ita delirer, novum non est: novum sanè, quod Calet. in Eccles. 1. v. 10. dicat opinionem falsam probabilem tamen. Probabilis, estò falsa! Hoc est novum. Nemo hucusque dixit. Iam novum sub Sole: quit Caietanus dicere: Hoc recens est. Ignoratum profectò Ethnicis mundi principium. Hinc quasi quid magnum agerent Poëtæ initia mundi vaticinabantur.

Principio cælum, ac terras, camposque liquentes, Lucentemque globum Luna, Titanique astra, &c. Canit Virgilius, 6. Aneid. v. 724. & ex Sileni Vatis persona, quod pridem fecerat Orpheus, Eclog. 6. v. 31.

Namque canebat uti magnum per inane coacta Semina terrarumque animaque marisque fuissent; Et liquidi simul ignis: ut bis exordia primis Omnia, & ipse tenor mundi concreverit orbis.

Vide Hesiodum in Theogon. Ovid. lib. 1. Metam. fabul. 1. Manil. lib. 1. cap. 2. à v. 1. & Apollon. lib. 1. Argonaut. Lucretius lib. 5. de Rev. natur. à v. 93. non solum præterita, sed & futura canit:

Principio maria ac terras, cælumque tuere: Horum naturam triplicem, tria corpora, Memmi; Treis species tam dissimileis, tria talia texta, Una dies dabit exitio: multosque per annos Sustentata ruet moles, & machina mundi.

20 De presentia plura sunt exempla apud Pausaniam, & Casar. Bulengerum de Oracul. sed liber describere certamen Vatum Calchantis & Mopsi. Finerunt oraculum Apollinis Delphici prædixisse Calchanti mortem, modò occurreret perituri vati. Ergo post eversum. Iliam incidit in Mopsium, qui ut ait Hesiodus coram agresti sicu, ins terrogatus à Calchante.

Quos grossos hæc sicus habet, miror; licet illa Parva sit: an numerum posses mihi dicere eorum?

Substitit paululum quasi numeraret; illicoque, pavido Calchante, respondit; Mille quidem decies numero: mensura mediæmi est. At superest unus, quod non percurrere posses.

Sic ait: est numerus verè hinc comptus eorum. Calchanti aeterno clausit mors lumina somno.

Pridem interrogatus Calchas de prætereunte suæ prægnante quot fetus gustaret in utero, quando esset paritura, & quibus signis porcelli; vocem amissit fallus ignorantiæ: tuncque Mopsus, Cras profectò eniteretur initio horæ octavæ decem, & inter hos unum marem totum nigrum, tres foemellas supra armum transversè albam lineam habentes, duas rostrum album oculos usque, reliquas quatuor albas crure sinistro ab ungula usque ad genu. Sic ut prædixit postridè res comperta, ex quo mæror Calchanti, morsque secuta ex evidenti sciorum numero. Hæc, si vera, revelavit Mopsi demon, cui erant conspicua: ab hominibusque uti vaticinia plausa, quia humano sensui, & cognitioni abconsa.

21 Homines ex se haud posse habere vim divinatricem, vel illi superstitionibus additè cognoscebant. Ovid. 6. Fastor. v. 5.

Est Deus in nobis, agit ante calcæsimus illos; Impetus hic sacra semina mentis habet.

Erant etiam Dij subvates, uti Apollo, Themidis, hæcque Iovis; qui per antonomasiam dictus Panonphaus, quasi vox omnis, ac radix, causaque prima vocum tam in oraculis, quam in hominibus. Suidas astruit & ex illo Gyrald. Synagm. 2. d. 41. Ovid. 7. Metam. tab. 5.

Ara

Ara Panonphaus vetas est sacra Tonanti. Sic Pythia erat subvates Apollinis Delphis, ut canit fuse Lucan. lib. 5. De Sybilla in antro, quò ingreßus Aeneas, Virgil. lib. 6. v. 9. succinit;

Arceis quibus altus Apollo Præsidet, horrendaque procul secreta Sibille Antrum immanis petit: magnam cui mentem animumque Delius inspirat vates.

Siccine plaudebatur Plena Deo, Phæboque digna locuta, Dei impatientis; ut ait Seneca in Agamem. v. 715. & Lucan. quò nuper, v. 96.

Exit, & ætherio trahitur connexa Tonanti: Hoc ubi virgineo conceptum est prætere Numen; Humanam feriens animam sonat, oraque vatis Solvit, cum Siculus flammis argentibus Aënam Undat apex.

Adi Plutarchum de Defect. Oraculor. Propterea cum apud Ethnicos par esset vaticinium de præteritis, quàm de futuris, & ad utrumque non semper à love tanta concederetur gratia; commenti sunt inter socias Carmentis Evandri maris, venefica insignis, Postuertam & Porrimam (à Porro, idest, procul vel longè, uti observant Auton. Constant. & Paul. Marius) de quibus Ovid. 1. Fastor. v. 631.

Alterà quòd porro fuerat, cecinisse putatur: Altera venturum postmodò quicquid erat. Si quis amas veteres ritus, assiste præcant: Nomina percipies non tibi nota prius.

Cum præterita oblivione data fuerint; quæ occulta, manifesta vocabantur vaticinia. Virgil. de Musa prima, & prima, quia præterita canebat, inquit:

22 Estò siccinè infantent, vaticinia apud pierotique cuncta amplecti debebant tempora. Homer. i. Iliad. v. 68.

Cabalbas vatum longè optimus, Qui sciebat & presentia & futura & præterita.

Empedocles apud Aristotel. 3. Metaph. inquit: Omnia quæ sunt, quæ erunt, quæ fuerunt. Pindar. in Olymp. Od. 10. v. 94. Initia priora, sequentia & nunc. Euripid. in Iphigen. in Taar. v. 1262. ex quo Gyrald. Syntagm. 15. n. 16. Qui multis mortalium & præterita & presentia & quæcumque sunt futura in lectis dicebant. Plaut. in Bacchid. Act. 5. scen. 1. v. 1. Quicunque ubique sunt, qui fuere, quique futuri possunt. Lucrer. 1. v. 436. & Catull. Carmin. 50.

Transactum quid sit in avo: Tunc quæ res inisset, quid porro deinde sequatur;

Quot sunt, quotque fuere, Quotque post alijs erunt in annis.

Hos imitatus Virgilius, 4. Georg. v. 392. & 4. Aneid. v. 627. Novit namque omnia vates,

Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trabantur, Nunc, olim, quocumque dabunt se tempore vires.

Item Horat. 2. Carm. Oda, 10. v. 17. Nunc, & olim, sic erit. Quasi cum æternitate contendebant hi deliri in gestis & gerendis, conantes comprehendere quæ in successione temporum; quoniam ille qui semper est, omnia cognoscit & præcognoscit. Ita igitur Plutarch. in libell. de Dictione EI, inquit: Quid igitur illius quod revera est? Aeternam, quod nec oritur, neque obit, cui tempus vicissitudinem offert nullum: de quo quidem tempore cum dicatur prius & posterius, erit & fuit; est confessio statim rem non esse. Unde nesci est, quicquam eius quod est, dicere fuisse, aut esse futuram. Verum dicendum, est Deus, neque ullo circumscriptus tempore; sed seculo immoto est, & a tempore & inclinatione libero: quo mihi est vel prius, nec posterius, vel recentius; sed unus est & uno tempore instanti perpetuum complevit: atque solum eius natura revera est, id quod est, non præteritum, nec futurum, nec excorsum, nec desitutum. Sic illum debemus venerabundè salutare. Unum sit, oportet, quod est; sicut quod unum est sit. Apollo Delphis unumquemque nostrum, qui huc accedit, sicut salutans affatur hæc dicto, Noscet te ipsum, Nos vicissim Deo respondentes, EI, id est, es, dicitur.

Tom. V. Cec 2

Idem

Virgil

Lucan

Vatis Poëtae Porrimæ

Ovid

Virgil

Homer

Vaticinia ad omnia tempora.

Lucret

Catull

Virgil

Plutarch; Dei descriptio, & eius æternitatis

Tom. V. Cec 2

cimus. Vide Leonard. Marium in 15. Exod. digressi. de Nominib. Dri. Unde Ovid. 1. Metam. fab. 9. ait:

Iupiter est genitor: per me quod erit fuitque, Estque patet.

Plat. 23 Hæc mirabilis excellentia Dei solummodo, vel teste Platone, Epist. ad Hermiam. Per triplicem temporum gradum omnia explicat. Videtis Cael. Rhodigin. lib. 16. cap. 15. Trimegisti. ad Asclep. ait: Deus æternus nec nasci potest, nec potuit. Hoc est, hoc fuit, hoc erit semper. Hæc ergo est, quæ ex se toto est natura Dei. Ipse dicit: Qui est, & qui erat, & qui venturus est Omnipotens. Exprimi sententiam floridè Boëtius, lib. 5. de Consolat. Philosoph. Metr. 5. v. 10. succinens:

Quæ sint, quæ fuerint, veniantque Uno mentis cernit in istu.

Etiam metricè Paulinus Carmin. de Baptista, v. 118.

Quæque fuere prius, quæ sunt, quæ deinde sequentur.

Sacri Vates Dei sapientiam ostendentes, cuncta tempora comprehendunt. Sic accinit Sedul. lib. 2. Carm. v. 100.

Hunc numerum confessa fides, & tempora summus

Cernens cuncta Deus presentia, prisca, futura,

Semper adest, semperque fuit, semperque manebit.

Deo ergo quia comprehendebat tempora cuncta, concedebant vel Ethnicis propriè quasi ex natura vaticinia; quin miseris in eorum testimonij Olim, pro futuro: quod pridem observavit Servius ad illud Virgilij Aneid. 1. v. 207. Hæc olim, meminisse iuvabit: quo sensu iterat lib. 5. v. 125. 8. v. 348. 9. v. 99. 10. v. 224. 11. v. 768. 12. v. 210. & 667. Lucil. Satyr. 19. Si queras fructus olim. Ovid. lib. 5. Trist. eleg. 6. v. 61. Claudianusque, 1. de Laudib. Stilic. v. 78.

Olim pro futuro. Di tamen, & Caesar Dijs accessure, sed olim. Et gener Augustis olim focer ipse futurus.

Chaudian. Senec. in Hercul. Oet. v. 1475. Olim iacebis: ibi quaerit Delr. diflicho, quod Romæ legit: Quisquis es, aut olim nostra de stirpe futurus, Sis memor antiqui nominis & tituli.

Delr. Etiam apud Rhetores usus. Quintilian. lib. 10. Instit. Orator. cap. 1. Qui olim nominantur. Tacitus, 15. Annal. cap. 74. Quod ad omnia olim sui exitus verteretur. Hebraismum quoque invenio apud Maluend. igitur 1. Reg. 1. 22. ubi: Maneat ibi iugiter; legit: Habitabit usque ad olim.

Maluend. 24. Videtur perspicuè vaticium ab Ethnicis accipi pro quocunque tempore; verum strictè loquendo vel ipsi fatentur tantum usurpari debere de futuris: equidem præscientiæ summitas plus eminet circa ventura, quorum nulla species; quam circa transacta, quorum abolita. Homer. 4. Oyll. v. 393. Ipsa nunc explicat prævidens, aut præsciens. Euripid. in Ion. v. 6. Futura vaticinans semper. Sophocl. in Trachin. v. 1170. Ultimam vocem audiat vaticiniorum, quæ novi ego. Plaut. in Persa, Act. 4. scen. 5. v. 7. Quod futurum est prædicas. In Milit. Act. 3. scen. 3. v. 36. Bonus vates, nam quæ sunt futura dicit Terent. in Adelph. Act. 3. scen. 3. v. 32.

Vaticinium propriè de futuris. Ista est sapere: non quod ante pedes modò est, Videre, sed etiam illa quæ futura sunt, prospicere.

Terent. Virgilius, ut vidimus supr. n. 21. Delius inspirat vates, aperitque futura. Ovid. 12. Metam. fab. 5. & lib. 15. fab. 47.

Nec tu credideris tantum cecinisse futura, Oraque venturis aperire recentia fati:

Ovid. Indigena dixere Iogen, qui primus Hetruscum Edocuit gentem casus aperire futuros.

Martial. lib. 9. Epigram. 36. Quam venit, antè vides. Demum Mercur. Trimeg. quò supr. O Nile! Tibi futura prædico. In futura intendebat hominum curiositas, magis quam in præterita: quoniam sibi providere conabantur in commodum, & in præteritis si non caurum, nil cavendum. Unde et si futura homo nullo scire potest nuncio, quærebat estò fatuè lactare spem, ut expelleret timorem, qui minimè invenitur in præteritis. Causam signat Halicarnassens. 9. Antiq. Rom. cap. 27. Res egregias gerere perdifficilè (inquit) paucisque datum: neque tam facile, futura prospici, ut iudicari de præteritis; quandoquidem hæc sensibus percipimus, illa præfagij, ac coniecturis colligimus; in quibus inest fallaciarum plurimum. Quo patet vaticina, vel ab Ethui-

Halicarn. Eccl. 1. 9. Quisquis es, aut olim nostra de stirpe futurus, Sis memor antiqui nominis & tituli.

Eccl. 1. 9. Quisquis es, aut olim nostra de stirpe futurus, Sis memor antiqui nominis & tituli.

Ethnicis prudentioribus, hæc firma infallibiliter habita, licet firmiora humanis coniecturis; quippe in combinatione superior intellectus demonis, effectus in & ex causis præcognoscens. Sic homo prudens dicitur vaticinari. Promit perquam optime Plutarchus quò sup. n. 22. Jam (subdit) vates Apollo. Vaticinatio autem ars de adveniente est ex præsentis & præteriti: siquidem nullus est absque causa exortus, neque citra rationem præfatio. Sed quia omnia præteritis instantia, & instantibus consequentia sunt, & apta futura ex discursu à principio ad finem pertinente; qui causas in unum conferre, atque inter se novit naturaliter complicare, is, quæ sunt, quæ venient, etiam quæ antea facta fuerunt, novit & præfagit. Scitè locavit Homerus prima ordine præsentia, inde futurum & præteritum: siquidem ex eo quod existit, collectio efficitur vi connexi; ut hoc si est, hoc præfagit: item si hoc est, illud sequitur. Clarec obiter ex Profano intelligentia testimonij Eccl. 1. 9. Quid est quod fuit? Ipsum quod futurum est: & in ordine ad naturam Seneca Epist. 24. apprimè profert: Quousque eadem? In orbem nexa sunt omnia: fugiant ac sequuntur. Diem nox premit, dies noctem: ætas in autumnum desinit, autumnus hyems instat, quæ vere compefitur, omnia transeunt, ut revertantur. Nihil novi video, nihil novi facio. In ordine autem ad operationes humanas, ut ex præteritis præsentia, ac ex utriusque inferantur futura: omnia planè fallibilia: verum magis vel minùs, præter præfagientis maior vel minor prudentia.

25. Hinc idem Epist. 91. & de Tranquill. cap. 11. inquit: In futurum prospectum intende, & quæ possunt contingere animo tuo cuncta propone. Nihil tibi subitum sit, sed totum ante conspicias: nam qui prudens est, non dicit, Non potavi quidem hæc posse fieri; quia non dabitur, sed expectat: nec suspicatur, sed cavet. Si prudens est animus tuus, tribus temporibus dispensetur. Præsentia ordina futura provide, præterita recordare: nam qui nihil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidit. Sic igitur Plutarch. in Pomponio Attic. inquit: Omnia de studijs Principum, vitij Ducum, emulationibus Republica perscripta sunt, ut nihil in epistolis ad illum Ciceronis non appareat, & facile existimari possit, prudentiam quodammodo esse divinationem. Non enim Cicero ea solum, quæ vivo se acciderunt futura prædixit; sed etiam quæ nunc usqueveniunt, cecinit ut vates. Hoc enim sensu Bapt. Manucian. Eccl. 4. v. 202. succinuit:

Sic senior longofactus prudentior usu, Præteritis meminit casus, aperitque futuri Temporis eventus, vitæque pericula monstrat.

Sic igitur cessantur oracula, uti videbimus, n. 27. dum homines eorum fallacj & technis prudentiores facti: quæ de causa vel Ethnicus ridet, lib. 5. Pbarf. a. v. 84.

Sacris se condidit antris Incubuitque adyto, Vates ibi factus Apollo. Quis latet hic Superius? Quod Numen ab æthere pressum Dignatus cæcis inclusum habitare cavernas? Quis terram cæli patitur Deus, omnia cursus Aeterni secreta tenens, mundi que futuri Conscius, ac populis sese proferre paratus, Contactusque ferens hominis, magnusque, potensque, Sive canit fatum, seu quod iubet ipse canendo Fit fatum?

Cuncta hæccine meditanter coæcervavi ex Profanis, ut clareat expositio apta Tautologia consequentis.

26. Omnis homo præscientiæ futurorum avidus, licet stultissimè, ut scitè probat Polydorus Virgilius libell. de Prodigijs: inolevit huiusmodi furor potissimum apud Hebræos; acriusque, quàm committi inter Gentes, citò didicerunt studia eorum, uti vidimus fusè Tom. 4. Tautolog. 3. & adhuc dicemus de Nymphis Amorrhæorum Tom. seq. Tautolog. 3. Nonnunquam consueta perfidiâ proni in idola, ut scirent futura. Unde Deus hæc indignatus ingenia pietate disceptare cum illis de divinitate idolorum falsissimâ; ut siquid pro illa (quia quod nihil est, respondere non potest, ut est idolum) venerantes haberent, gloriantur dicerent. Verum similes facti eis quæ fecerunt; os habent, & non loquentur. Duo proponit Dominus in examen: itaque dicit: Accedant & nuncient nobis quæcunque ventura sunt: priora quæ fuerunt, nunciate. An-

Quæ firmatur demum vaticinia?

Plutarch. Eccl. 1. 9.

Senec.

Idem. Cur prudens præcavit divinationis dicitur?

Plutarch.

Mantuan.

Lucan.

Itai. 41. 23. 25.